

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Praxis Episcopalis**

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Baptismus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

vinum, nisi priùs vendantur illa Baronis, neque coquere panem, nisi in furno Baronis: ita habet Archiepiscopus Comzanus in terra sancti Mennæ, nec macellare carnes, nisi in marcello Baronis, & ita habet Episcopus Minorensis, imò ipse solus habet apothecas, seu officinas, & quod non possit vendi ad minuta in pondere, & hoc ex antiqua consuetudine, & præscriptione, cuius non extat memoria in contrarium. vide Afflct. in constit. Magistris, & procuratoribus, notab. 2.

Quintò, Barones an possint vendere officia Capitaneorum, & officialium, quos ponunt pro administranda justitia in suis terris, vide Navar. loc. cit. nota. 19. Sot. lib. 3. q. 6. art. 4. ad primum argum. Sylvest. in ver. restitut. 3. 9. 5. n. 4. & ver. dominum, n. 5. §. 2. Vide Bull. Piu V. 145. que incipit, Et si Romani, & aliam 150. que incipit, cum nuper, ubi agit contra procurantes officia, & dignitates pretio, vel alio, &c. & Navar. consil. 2. de empe. & vend. tenet, quod emens officia, vel jurisdictiones, peccat mortaliter, nisi emitat à Principe non recognoscente superiorum, vel de licentia ipsius, vel consuetudine, vel alias: tamen hodie passim videmus illa vendi, licet magna cum justitia justitiae, & vitorum honorum.

Sextò, Barones debent cedere locum Episcopis tam in Ecclesia quam extra, ut par est, Conc. Trident. sess. 35. cap. 17. de reform.

Septimò, Baro si habet Burgensatica in territorio sux Baronie, eorum respectu contribuere tenerur in oneribus universitatis, ut bona tenens, non ut civis, Vinc. de Franc. decis. 197. n. 19.

Octavò, Barones in quib usdām ter- tis ex antiqua consuetudine imponunt talias certas, & absque peccato exigi pos- sunt, si non sunt immoderatae. idem dec. 56. n. 13, nec obstat Bulla cœna Domini, quia loquitur de potestate ad id noa habentibus.

## BLADUM.

**A**N bladi, tritici, vel frumenti appellatione veniant omnia legumi- na, vel omne quod in terra, vel in agro conteritur, vide l. triticum, de verb. oblig. & l. frugem, §. frumentum. ff. deverb. sig. Bal. in consil. 247. lib. 3. gl. ac Bart. in l. i. ffe de aqua plu. arc. Ab. in c. ex multiplici. n. 3. de decim. & ibi addit Zanch. in ver. frumenti.

## BAPTISMUS.

**P**RIMÒ, licet tractatus de baptismo est locupletissimus, de quo poteris videre apud Sūmistas, in ver. Baptismus, & Theologos 4. sent. à. dist. 7. & Canonistas, in tuis de baptis. & ejus effect. de consecr. dist. 4. & Navar. c. 22, à n. 5. tamen solum ea attingam, quæ sunt pro frequentiori praxi.

Secundò, si quis baptizaret marem, & postea reperiret esse foemina, an sit baptismus, vide Sot. 4. sent. dist. 1. q. 5. art. 8. iuxta fin.

Tertiò, hodie compates (ut vulgo dicuntur) non possunt esse nisi unus & una ad summum, qui baptizatum de baptismo suscipiant, Conc. Trid. sess. 24. c. 2. de refor. non potest esse mutus, nec compater, nec cōmater, c. parvuli, de cons. F 2 dist.

*dicit. 4. & Anch. in rub. de cognat. spirit. num. 4. lib. 6.*

Quartò, quod Episcopi non possunt dispensare, ut sint duo viri loco viri, & mulieris, nec contrà, ita censuit Sac. Cong. n. 490. quod rationi est consenteaneum: nam baptismus, cùm sit regeneratione spiritualis, conformati debet generationi naturali, seu corporali in quantum potest, sed naturaliter non potest homo generari, nisi ex uno more, & una femina, ergo, &c.

Quintò, hodie est ablata confraternitas, & compaternitas, inter ipsos tenentes sive suscipientes, & filios ipsorum, & baptizatum.

Sextò, quod uxore Sempronii tenente filium Titii, & Berthae in Baptismo, compaternitas non contrahitur inter Titium, & Bertham matrem baptizati cum Sempronio, nec è contrà. Conc. Trid. loc. cit. & declarat Bulla Pii V. que incipit, *Cum illius vicem. Sub datum Roma 1566. 4. Calendas Decembris, Pontif. sui anno primo,* ubi concludit, inter quartuor personarum genera contrahi hanc cognitionem, inter baptizantem & baptizatum, inter tenentes, seu suscipientes, & baptizatum ipsum, & patrem, & matrem ipsius, nec obstant c. Martinus, cum similibus, & c. gandeamus, de divorciis, & dictum Domini nostri, Et erunt duo in carne una, quia ista auctoritas potest habere alium sensum, & illi textus sunt correcti per jus novissimum.

Septimò, dubium est an contrahatur ista cognatio inter omnes tenentes, seu suscipientes; si non scribantur; & omnes tangant, vel teneant, vel suscipiant, cùm

sac. Concil. loc. cit. ver. parochus autem dicat, quod antequam parochus ad baptismū conferendum accedat, diligenter sciscetur quos elegerint, ut baptizatum de sacro fons suscipiant, & in lib. eorum nomina describat, & respondeatur quod sic, Navar. c. 22. n. 39. & quidam modernus in publica lectura anno 1578. die 12. Decembris. Sed parochi negligentia erit punienda arbitrio judicis, & sic sint cauti curati, ad prius scribendam nomina compatrium, & commattum, quam ad baptizandum accedant.

Octavò, per d. c. Martinus, contrahebatur cognatio inter uxorem Titii solum tenentis, & Titium, & baptizatum, & parentes ejus, an post Conc. ista uxor mortuo Titio possit ducere in virum, vel patrem illius baptizati, vel ipsum baptizatum: respondeatur affirmativè, & è contra. Ratio est, quia licet per Conc. non sit ablata antiqua compaternitas in hoc casu, tamen ablatum est impedimentum, ita Pius V. in Bulla superius citata, & in publica lectura, quidam modernus eodem anno, die 5. Decembris.

Nond, quod dictum est de sacramento baptisimi, ita censeri debet in sacramento confirmationis. Navar. c. 22. n. 37. fi. Diaz. in pr. crim. can. c. 76. & Cōc. loc. cit.

Decimò, quomodo baptizandi sunt, qui veniunt ad fidem, & quid scire prius debeant, vide Sum. Conciliorum Eliberti c. 42. & Laodicen. c. 46. & 47. & an baptismina possit administrari extra Ecclesiam, & in Oratoriis privatis, sine licetitia Episcopi? Respondeatur, quod non sub pœna depositionis, Concil. VI. Constantinopol. c. 31. & Paul. III. Bulla 29. iubet,



bet, ut instruantur in articulis fidei, abstineant à commercio infidelium, & alia prout ibi.

Undecimè, an ista cognatio spirituālis contrahatur inter omnem, & quemcunq; baptizantem, etiam laicum, vel sc̄eminam, etiam in articulo necessitatis, & ipsum baptizatum, patrem, & matrem ipsius baptizati? Respondeat affirmativè, ita Conc. loc. cit. & Bulla Pii V. quibus in locis sit mentio de baptizante, nulla facta exceptione, & hoc ampliatur etiam in patre fornacario: sed fallit in patre legitimo, & matrimoniali, c. i. de cognat. sfr. lib. 6. & c. ad limina, 30. q. i. Navar. c. 16. n. 30. notab. 10. ver. interrogatus, & c. 22. n. 40. notab. 3. ver. interrogatus.

## B E N E F I C I A .

## S U M M A R I U M .

1. Quintuplex beneficium, & que in impre-  
iratione ipsius requisiuntur.
2. A quibus conferri possint.
3. Quando conferri debeant.
4. Ad quid obligent beneficia.
5. Quo ordine, & quibus circumstantiis  
conferri debeant.
6. Dum vacant, fructus & introitus cui  
debeant applicari.
7. Quot beneficia possint obtineri, & pos-  
sideri.
8. Quibus conferri debeant.
9. Que requirantur ad possessionem ca-  
piendam.
10. Quibus verbis uti debeat pralatus in  
collatione beneficij.

**A**d primum, quænam requirantur ad hoc, ut aliquod dicatur beneficium, vide Selvam 1. p. q. 1. num. 2. & infra, & relictis multis more meo, quæ possunt vocari beneficia, dico quod beneficia.

Primo, alia sunt curata, alia simplicia: quænam dicantur curata, vide in ver. pa-  
cecia, inferius, §. 1. & Selvam loc. cit. q. 2., per totum.

Secundo, simplicia dicuntur illa, quæ non habent populum, vel clerum, & quæ non habent curam animarum: & beneficiati simplices dicuntur illi qui non sunt canonici, Staph. de lit. grat. fol. 71. num. 2. Selva loco citat. num. 47. D. Anton. 3. par. tit. 15. cap. 1. §. & Selva loc. cit. num. 48. ver. 12. gloss. in c. cum ad hoc, in ver. assisios, de cleric. non resid. licet etiam canonicatus de cathedrali, et si re-  
quirat residentiam, tamen dicitur bene-  
ficium simplex, Navar. consi. 97. de Si-  
mon. & consilio secundo de injur. & dam-  
dato.

Tertio, Capellaniæ sunt illæ quæ ha-  
bent aliquod onus celebrandi Missam in aliquo altari, Staph. ibidem num. 27. & interdum dicuntur beneficia servito-  
ria, quando simul cum illo onere habent  
adjuvare curatum, in cantando, & aliis  
similibus in Ecclesia, arg. c. significatum,  
de præbend, Staph. loc. cit. fol. 71. num. ter-  
tio, gl. in Clem. unica, in versic. beneficio-  
rum, ad 5. respon. Selva loc. cit. q. 3. nn. 10.  
Gom. de expectat. num. 41. & 42. & q. 23.  
de insir. resig. Abb. in capitul. recolentes, in  
ver. altaria, de stat. monach. & Gom. q. 20.  
de ann. poss. quod confirmatur à sacri.  
Congreg. declarat. 222. in hæc verba,